UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Orioni. 264.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

in futurum acris ac vehemens accuſatrix, ex multis intelliges. Quid igitur hanc amplecteris ac foues, ô Cacobule potiùs quàm Eubule? Quam ſi fugias, vt bonis omnibus inimicam & infeſtam, & apud Deum, & apud homines clarus ac celebris exiſtes.

κος, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἰσχυρὰ κατήγορος, φήσουσί σοι πολλοί. τί τοίνυν αὐτὴν ἀσπάζῃ καὶ περιέπεις, κακόβουλε μᾶλλον ἢ εὔβουλε, ἣν φεύγων ὡς πᾶσι τοῖς καλοῖς πολεμίαν, καὶ θεῷ φανήσῃ καὶ ἀνθρώποις ἀοίδιμος.

Leontio Epiſcopo. 262.

Bonus ille Euſebius, rebus omnibus alijs rectè ac præclarè conſtitutis, id quoque Peluſio aduentu ſuo præbuit, vt bubulcis quibuſdam & caprarijs, ac fugitiuis mancipijs (qui neminem vnquam ex ijs, qui Monaſticam vitam aut coluerint, aut omnino ament, magiſtrum habuerunt, nec etiam de hac philoſophia quicquam vnquam audierunt, aut habitu tenus didicerunt) monaſticas palæſtras opprimendas ac præfocādas committeret. Qua quidem in re perinde fecit, vt ſi quis, cùm prælio vndique vrgeatur, ac magna telorum vis emittatur, inermibus hominibus ac rei militaris imperitis inſtruendam aduerſus ea aciem mandet, victoriámque ſua ſponte in perniciem ſuam prodat.

Λεοντίῳ ἐπισκόπῳ. σξβ.

Πάντα καλῶς ὁ χρηστὸς διαθεὶς Εὐσέβιος, καὶ τοῦτο τῇ παροικίᾳ Πηλουσίου παρέχετο, βουνόμοις τισὶ καὶ αἰπόλοις, καὶ δραπέταις οἰκέταις ἐπιτρέπων μοναχικὰ συμπήγνυσθαι παλαιστήρια, οὐδενὶ μαθητευθεῖσι τὴν μοναχικὴν ἢ μετελθόντων, ἢ ὅλως ἀγαπώντων, οὐδὲ ὅλως τῆς φιλοσοφίας ταύτης ἢ ἀκηκοόσιν, ἢ μέχρι σχήματος διδαχθεῖσι. τοῦτο ποιῶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις, πολέμου περιεστῶτος, καὶ βελῶν σφοδρῶς ἀφιεμένων, ἀόπλοις καὶ ἀπειροπολέμοις ἐπιτρέποι τὴν πρὸς ἐκεῖνα παράταξιν, καὶ προδιδῷ καθ' ἑαυτοῦ ἑκουσίως τὴν νίκην.

Heraclio diacono. 263.

Aptè atque accommodatè omnes, qui tuam mutationem perſpiciunt, illud diuinū Pſalmiſtæ tibi accinunt, Tranſiui, & ecce non erat: quæſiui eum, & non eſt inuētus locus eius. Nam qui vim aliquam à Domino acceperunt, eáque non ad beneficium rependendum, ſed ad vlciſcendum vſi ſunt, eò tandem rediguntur, vt vim nullam habeant, ac maleficæ potentię pœnas expoſcuntur.

Ἡρακλείῳ διακόνῳ. σξγ.

Πρόσφορον καὶ ἁρμοδίαν σοι πάντες, ὅσοι τὴν σὴν ὁρῶσιν ἀλλοίωσιν, ἐπᾴδουσι θεόφαντον ψαλμῳδίαν, τὸ, Παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν, καὶ ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ. οἱ γὰρ δύναμιν παρὰ κυρίου λαμβάνοντες, καὶ ταύτῃ οὐκ εἰς ἀμοιβὴν κεχρημένοι, ἀλλ' ἄμυναν, καὶ εἰς τὸ μηδὲν δύνασθαι περιΐστανται, καὶ τῆς κακοποιοῦ δυνάμεως τὰς εὐθύνας εἰσπράττονται.

Orioni. 264.

Communis quidem omnium hoſtis eſt Diabolus: generalia autem bella gerit aduerſus eos, qui ipſius voluptatibus cultum minimè adhibent, nec per malorum radicem auaritiam ipſum adorant. Quorum in numero, & quidem inter propugnatores, cùm ipſe ſis, ſpiritus armaturam arripe.

Ὠρίωνι. σξδ.

Κοινὸς μὲν ἁπάντων ὁ ἐχθρός· πολέμους δὲ ἔχει γενικοὺς πρὸς τοὺς ταῖς ἡδοναῖς αὐτοῦ μὴ λατρεύοντας, καὶ τῇ ῥίζῃ τῶν κακῶν φιλαργυρίᾳ αὐτῷ μὴ προσκυνοῦντας, ὧν εἷς ὑπάρχων καὶ πρόβολος, ἔχου τῆς πανοπλίας τοῦ πνεύματος.